



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter Jmpressum [et] eme[n]datu[m]

Rom, 1511

Obitus Pii Pape.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)

Epostolus quidem generalis commissionis siue supplicationis cedulae presentatione dominus auditor surrogatus prefatus Rome ibi des adhuc presens prout vbi supra loco et hora pallegatis ad iura reddendum et causas audiendum per tribunali sedens cum et causas huiusmodi. Necnon omnes et singulas causas dicte generalis commissionis vigore commissas in eo statu in quo coram prefato domino auditore ante ipsius corporis debilitatem vel ante eius a Romano. Lu. recessus indecise remanserant usque ad eius reconualescentiam vel reditum in quibus ego pntis cause notarius atque scriba predictus ad scribendum deputatus fueram suo ex officio generaliter resumendas duxit atque resumpsit habuitque et habere voluit easdem pro resumptis. Idem ibidem etc.

Resumptio causarum post presentationem commissionis generalis

Obitus Pii Pape.

De Mercurij decima octava supradicti mensis Octobris se. recordationis domini Pius papa tertius admodum paucis diebus in pontificatu sedens diem vite sue clausit extremum in vaticano apud sanctum Petrum in capella sancti Andree in sepulcro quod viuens sibi dum adhuc Cardinalatus fungeretur honore ad se. Pii secundi predecessoris posuerat deuote sepultus. Et sic apostolica sede vacante iuxta ritum et consuetudinem antiquitus approbatam et obseruatam ab illa die citra donec et quousque processum fuisset ad electionem assumptionem consecrationem et confirmationem alterius noui pontificis tam propter vacantias quam vacationis als indictas non fuit tenta audientia causarum apostolica. Necque etc.

Introitus Cardinalium in conclauem.

De Martis vltima supradicti mensis Octobris Reuerendissimi in christo presens domini sacrosancte Romane ecclesie Cardinales in unum pro electione summi pontificis futura facienda post officium diuinum in ecclesia dei pactum Conclauem quod in palatio sancti Petri in maiori capella factum fuerat intrauerunt et quilibet eorum intrauit.

Electio Iulii Pape. ii.

Anno etc. die mercurij prima mensis Nouembris Reuerendissimi in christo pater domini Julianus Episcopus Ostien

IP